

HOMILIA XXI.

De verbi divini utilitate, et efficacia, varia eruditione disserimus, nec non de multiplici discrimine circa auditionem verbi Dei inter reprobos, et praedestinatos, in illa verba: Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

Sapienter doctissimus Titus Bostrenorum Antistes adnotavit (in comm. hui. loc.), opportune satis Christum Dominum verba haec pronun-
ciasse (Luc. 11): *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud*; quando nimirum multi erant, qui eum non solum non audiebant, sed etiam eos, qui ad illum audiendum confluebant, acriter increpabant, in ius vocabant, et certis poenis mulcabant: illis autem verbis, et illos persecutores incredulos modeste reprehendit, et eos, qui audiebant, confortavit, omnesque ad audiendum sermones eius excitavit, nobisque ansam dedit, ut de utilitate verbi divini, et eius custodia sermonem instituerem. Sanctus Thomas (lectio. 6. sup. epist. ad Hebr.) utilitatem verbi divini egregie praefiguratam agnoscit in buccinarum clangore, et Israelitarum gentium clamore, quibus muri fortissimi Hierico penitus corruerunt, ut libro Iosue legitur: *Ibi enim, ait, moraliter Hierico interpretatur luna, sive defectus, et significat mundum istum; muri autem mundi sunt impedimenta, quibus aliqui detinentur in mundo: per buccinas, quibus Sacerdotes, et Levitae intonabant, vox praedicatorum significatur: per circuitum septem dierum, totus designatur decursus temporis praesentis, qui per septem dies compleitur: per quae datur, intelligi, quod omnia mundi huius impedimenta ad continuam vocem praedicationis cadunt: ita s. Thom. Sano iuxta expositionem d. Anselmi (super epist. 2. ad Corinth. cum cap. 10. Apostolus dicit: *Arma militiae nostrae non sunt, sed potentia a Deo ad destructionem munitio, interpretatur verba concionatoris, arma esse spiritualia, quibus animae hostes profligantur, et munitio eorum destruitur, sed luculenter idem divus Paulus (ad Ephes. 6) dicens: *Galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei: imo, et Philo Iudaeus (libro de Cherubin et flammeo gladio) verbum Dei intelligit mystice significari per flammeum gladium: eruditur verba eius sunt haec: *Sermo flammeus gladius dicitur, quia ferens est igneus, nunquam noceri desit propterea semper, expectando bona, fugiendoque contraria: an non vides, quod et sapiens ille Abraam, quando incepit iuxta Deum metri omnia, nihil creaturae tribuens, accepit ad ignei gladii similitudinem, ignem et gladium? (Genes. 2). Resecare, et exuvare quicquid mortale habebat, cupiens, ut expedita cogitatione sublimis ad Deum evolare. At Balaam ille, id est, rarus populus, induitur inermis deserit militiae, et belli imperitus: sic enim alioquitur asinum, hoc est, brutum vitae propositum, cui omnis insipientis insidet, si gladium ha-****

berem, iam te transscissem (Num. 22): *Gratia maxima conditori quae sciens imprudentiae rabi-
beat, non dedit tanquam furenti gladium, verbi videlicet facultatem, ne quatenus obvios magna clade confecerit; haec ille.*

Deinde in eo mirifice verbi divini utilitas effulget, ut nulla sit prava animi affectio, nullus spiritualis morbus, qui medici non valeat, praesentissimum ei conferens remedium. Dic, obsecro, ingreditur quis huc, tristitia et negotiorum sollicitudine oneratus, et ingressus huc, illa moerore obrutus est statim, ut audivit prophetam dicentem (Psa. 41): *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus? sufficiens consolatione suscepta, abili, et omnem illam mentis tristitiam excutit. Alius item extrema premitur inopia, gravatim fert, et moeret, videns alios affluere, et valde inflari, et magno apparatu, ac pompa stipari: audit et hic eundem prophetam dicentem (Psa. 54): *Acta in Domini sollicitudinem tuam, et ipse te entriet; et iterum (Psa. 48): *Ne timeas, cum ditatus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia. Est et alius quoque, qui insidias, et insuavem putat vilam; nusquam humanum inveniri valens auxilium, docetur et ab eodem propheta in talibus angustiis non ad humanum praesidium confugiendum. Unde (Psa. 108) dicit: *Ipsi detrahebant mihi, ego autem orabam: alii dolos plectebant, ego autem ad inextinguibile murum confugio, ac tutam anchoram ad portum, fluctuum expertem, preces, inquam, per quas omnia difficilia levia, et facilia mihi fiunt. Alius ab amicis contemnitur, et hoc est, quod mentem eius maxime conturbat, sed et hic, si huc venerit, audit beatum illum dicentem: *Amici mei, et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt, et vim faciebant, qui querebant animam meam, et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et fraudulentias tota die meditabantur. Vidisti struenteis insidias usque ad mortem ipsam, et perpetuum bellum gerentes, quia hoc indicat, tota die, hoc est, per totam vilam. Quid ergo ille interim egit, has passus insidias? Ego autem, inquit, quasi surdus non audiebam, et quasi mutus non aperiens os suum, et factus sum, quasi homo non audiens, et nos habens in ore suo redargutiones: illi dolos struebant, ipse aures obrutabat, ne audiret: illi omni tempore non cessabant lingua acere, et vanitates, et fraudulentias meditari; hic autem silentio illorum insaniam comprimebat. Vidisti, quomodo quacunque convalescente humanam naturam praesente, conveniens ex Scripturis antidotum accipere liceat, et omnis vitae huius repellatur cura, ne ab ullo, quod accidit, gravetur. Atque huc facit verba divi Augustini (lib. 9. contr. Rodom. Manich. tom. 6), ubi explicans verba illa (Proc. 6): *Vade ad formicam, optiger, haec dicit: *Ille de formica ita positum est, ut sicut illa aestate colligit, unde in hyeme pascatur, ita nusquamque christianus in rerum tranquillitate, quam significat aestas, colligit verbum Dei, ut*******

in adversitate, et tribulationibus, quae hyemis nomine significantur, habeat, unde spiritualiter vivat: non enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei. Concinunt eisdem praecleara verba divi Bernardi (serm. de mult. verb. Dei), dum ait: *Licet mortuus in peccato, si audieris vocem Dei, vives: sermo enim, quem loquitur, spiritus, et vita est. Si cor tuum induratum est, memento Scripturae dicentis: *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea. Si tepidus es, et exomi iam formidas, non discedas ab eloquio Domini, et inflammabit te, quia eloquium eius ignitum valde. Quod si tenebras ignorantiae plangis, diligenter audi quid loquatur in te Dominus Deus, et erit lucerna pedibus tuis verbum Domini, et lumen semitis tuis. At fortassis tanto amplius doles, quanto clarius peccata etiam minima illuminatus agnoscis: sed sanctificabit te Pater in veritate, quae est utique sermo eius; ut inter Apostolos audire merearis: *Iam vos mandati estis propter sermonem meum. Iam vero cum laveris manus tuas, quae paravit in conspectu tuo mensam, ut non de solo pane vivas, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei, et in fortitudine cibi illius curras viam mandatorum Dei, ubi, si consistas adversum te castra, et proclivium tentationis insurgat, arripe gladium spiritus, quod est verbum Dei, et in eo facile triumphabis. Quod si forte, ut est certaminis consuetudo, contigerit aliquando vulnerari, mitte verbum suum, et sanabit te, et eripiet de interitionibus tuis, ut in te quoque impleatur, quod ait Centurio: *Domine dic tantum verbo, et sanabitur puer meus. Sed si titulus adhuc, clama ad Dominum, et in verbis tuis confirmabit te, ut experimento discas, quoniam verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Si trepidas, nesciens, utrum amore, vel odio dignus sis, tunc maxime, memor esto verbi tui sermo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti, ut ab auditione mala non timeam. Ac tandem verba illa Apostoli (ad Hebraeos cap. 4): *Vivens est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio accipit, quantumvis de Verbo ipso increato illa intelligant in commentario illius loci divus Ioannes Chrysostomus, Theophylactus, Occumenius, imo et divus Ambrosius (in cap. 66. Isai.), quae expositio est valde conformis sequentibus verbis: *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius; nihilominus tamen divus Ambrosius (lib. 3. de Virgin.), et divus Augustinus (epist. 58), secuti Origenem (hom. 13. super Num.), illa interpretantur de verbo creato. Ude Theodoretus (in cap. 3. Cantic.) gladii similitudinem de verbo Dei agnovit in illis verbis: *En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt de fortissimis Israel, unusquisque ensis super foemur suum: ubi sapienter observavit huiusmodi viros binos gestare gladios, unum super foemur, in manu alterum, unum videlicet reprehensionis, et alterum intelligentiae: illum in promptu ad coarguendum, hunc mysticum, et tamquam in vagina reconditum ad mysteria pervestiganda. Atque hinc Philo Episcopus Carpasius (tractat. suo in Cant.), et refertur (in opp. Biblioth. sanct. Pat.), per enses, seu gladium, verbum Dei*******

intellexit. Quicumque verbum Dei corde, et opere complent, hi sunt fortissimi pugnatore; hi sunt, qui in manibus suis, hoc est, rectis operibus propriae conscientiae, gladium suum tenent, non alienum: non enim alienis precibus solummodo praedantur, sed carnem suam cum vitis omnibus, et concupiscentiis mactant; ob idque enses super foemur suum tenere dicuntur: nam foemur carnis illecebras, et voluptates significat. Illud autem gladium divini verbi singulare habet, quod cum alii omnes feriant, et occidunt, et vitam auferant, hic mortuos ad vitam revocat. Propterea enim Christus Dominus dixit (Ioan. 5): *Amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audivent vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent.* Scio verbum Ioannem Chrysostomum, et Euthymium verba haec de mortuis iam iam per Christum excitandos, et ad vitam revocandos exposuisse: mortui enim dicuntur adidisse vocem, quia virtus vocis Christi Domini in eos pervenit, resurrectionem in illis operando: voce enim, velut divinitatis instrumentum utitur, ut cum dixit: *Lazarus veni foras.* Verum in sensu spirituali divus Augustinus (lib. 20. de Civ. Dei cap. 6. et serm. 64. de verb. Dom. et tractat. 22) verba illa interpretatur de mortuis morte peccati, qui praedicatione verbi Christi ad gratiae vitam revocati sunt: ecce quomodo cum alii gladii trucidant, et occidunt, gladius verbi Dei vivificat, et resuscitat, in quo certe mira eius effulget et utilitas, et efficacia.

Ceterum, inter alia, quae hanc efficaciam verbi divini luculenter ostendunt, est colloquium illud Abrahami cum divite, in tormentis ab eo exigente, ut mitteret Lazarum ad fratres convertendos verbis suis, in hunc enim modum illi respondit: habent Moysen, et prophetas, audiant illos. Et cum ille replicasset: non, Pater Abraham, sed, si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent; qui Abraham, si Moysen, et prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Ecce, quam magna sit verbi Dei efficacia; cuius virtutem tantam esse agnovit Abraham, ut non dubitaret dicere, quod etiam si quis ex mortuis ad illos veniret, et enarraret horribilia gehennae tormenta, quae ipse patitur, non maiorem haec narratio habitura esset efficaciam, quam verbum Dei praedicatum a Moysen, et prophetis. Certe viva vox habet nescio quid latentis energiae. David sapientissimus erat, et magnam Dei cognitionem attigerat, et divinis revelationibus donabatur; nihilominus haec omnia nihil ei profuerunt toto tempore, quod in peccato vixit; sed tamen profuit ut ad eum venit Nathan propheta, ad vitam vocem praedicationis conversus est. Similiter et Nabuchodonosor contemplantur illam arborem, quae statum suum designabat, nihil tamen ipse hac cogitatione movebatur; sed, cum adiuncta fuit visio, et contemplantio viva vox prophetae Danielis, poenitentiam egit. Docet etiam Paulus in lege, qui praecleara dixerat ad pedes Gamalielis, sed haec nil ei profuerunt; cum autem vivam vocem de caelo dicentem: *Saul, Saul cur me persequeris?* audivit, statim attonitus et stupefactus cecidit, dicens: *Domine,*

quid me vis facere? vide quomodo illum, quem Scripturae lecto, et libri non converterant, vox praedicantis convertit. Verbum Dei non solum cum, qui in peccatis iacet, iustum efficit, sed etiam iustum facit, alit, et suscinet. Ne autem a verbis Christi Domini recedamus (Luc. 11): *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud, salis utique mris eius efficacia in eo detegit, quod beatos eius audiores reddat. Beati qui audiunt verbum Dei. Hoc genus beatitudinis considerans David (Psalm. 126) dixit: Sicut sagittae in manu potentis, ita filii excussorum. Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis, non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Cassiodorus (in comm. hui. loc.) per filios excussorum, seu, quod idem est emissorum, intelligit praedicatoris verbi Dei, qui quasi sagittae excussi sunt a Deo, ut verbis suis, velut sagittarum spiculis, corda penetrat audientium. Alii ergo: Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis, vel ut Originale Hebraicum legit: Beatus vir, qui implevit pharetram suam ex ipsis, id est, qui verborum sagittas, quas emittit concionator, in pharetra cordis sui recondit, et quibus postea occurrantibus occasionibus, velut armis, ab inimicis se tuelat. Offerit se alicui occasio iniustitiae lucri: memor autem verbi Dei: Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiat? a peccaminoso illo lucro se abstinet. Offerit se occasio vindictae sumendi ab inimico, memor tamen verbi Dei: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui odervnt vos, vindictae desiderium composit. Offerit se tandem occasio extolpandae libidinis, qua quis acriter vexatur, memor tamen verbi Dei (Apc. 2. c. 12): Vincenti dabo manna absconditum, libidinis tentationem gloriose vincit. Ei igitur, qui hoc modo se gerit, convenit, quod David ait (Psalm. 126): Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis; nec non et id, quod sequitur: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Porram dicit mortem: nam per illam ex hac vita egredimur, et in aliam ingredimur. In hac porta conveniunt nos hostes infernales, et vehementer accusant coram Deo; tunc vero non confundetur legitimus verbi Dei auditor, et non oslenderit, sagittis verbi Dei, quibus pharetram cordis sui impleverat, immisissas ab eis tentationes superasse.*

Porro observandum maxime est, quod cum Christus Dominus dixit (Luc. 11): Beati qui audiunt verbum Dei, continuo adiecit, et custodiunt illud: vitam audire, et non custodire, nihil deservit ad vitam aeternam custodiendam, Apostolo dicente (ad Rom. 2): Non audiores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: quibus consonant illa d. Iacobi (epist. cap. 1): Estote factores verbi, et non audiores tantum, fallentes vosmetipsos, quia, si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur vitro, consideranti vultum nativitatissuae in speculo: consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est, qualis fuerit; quasi dicat, qui audit verbum Dei, et non custodit, perinde est, ac ille, qui intuens in speculo vultum suum maculatam, maculas non curat abster-

gere. Hinc Divus Ioannes (Apocal. 1) postquam dixerat: Beatus qui legit, et audit verba prophetae huius, continuo subiunxit: Et servat ea, quae in ea scripta sunt: quod idem mihi delinasse videtur propheta Ezechiel (cap. 10) cum dixit: Apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum: etenim cherubim interpretatur plenitudo scientiae: pennae etiam symbolum sunt doctrinae, et speculationis; per manus autem, quibus operamur, nemo ignorat opera significari: per conjunctionem ergo manuum cum pennis cherubim aperte docemur, copulanda nobis esse opera cum doctrina verbi divini, quia audire, et non custodire, maiorem potius condemnationem affert, ut divus Petrus docuit (epist. 2. cap. 2) dicens: Melius erat illis non cognoscere vitam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato; hinc d. Ioan. Chrysostomus audiores suos in hunc modum erudit, et sapienter hortatur: nam (hom. 78) praecleara haec scripsit: Non hoc solum requiritur, charissimi, ut per singulos dies hic conveniamus, et de eisdem audiamus continue, si in nihil ex eo, quod hic assidue convenimus, admonemur: hoc enim non solum nihil nobis prodesse, verum maioris fieret occasio damnationis, cum neque iracundus militis efficitur, nec in benignitatem invidiosus reducat, neque pecuniarum captus insaniam, a vitio desistens, ad misericordiam, et pauperum se transferat sustentationem; neque impudicus continens ecadat, nec superbus inanem gloriam contemere discat, veramque perquirere gloriam, nisi hos supremos morbos per singulos dies hic convenientes, et continue vacantes auditione, tantanque consequentes doctrinam: quae nobis erit veritas? quae nam excusatio? die quae so, si tu videas, filium scholam petentem, et temporis simili progressu nihil inde lucrantem, nunquid patienter feres? nonne flagella puero infliges? et praecceptorem accusabis? quod si postea noveris a praecceptore nihil esse praetermissum, sed omnium causam fuisse pueri negligentiam, nonne causa liberans praecceptorem, omnem in puerum transferes indignationem? Idem et hic fieri iustum est, nos enim quodammodo sumus a divina gratia consiluti praecceptores, quasi spirituales filios ad hanc scholam quotidie vocantes, salutarem vobis doctrinam apponimus, non quae veniant ex propria mente loquentes, sed documenta nobis a Domino per divinas donata Scripturas in medium proponentes: si nobis itaque omne studium exhibentibus, vos in studio permanentes, quantus nobis erit dolor? quanta vobis damnatio? cogitate. Licet enim nos insonites faciat, quod nihil ad vestram adificationem congruum emisimus; verum tamen quia vestrae salutis curam gerimus, non possumus acque tolerare, quia, cum praecceptor. cum discipulum viderit ex studio suo proficiente nihil, non mediciter dolet, esse frustra laborasse conspiciens; ita sanctus Ioannes Chrysostomus, et (in ead. hom. 1) si medelam, et nulla remedia a medico adhibita, aegrotus sumere non acquiescat.

Ceterum, observatione etiam dignum arbitror in hoc genere argumenti, quod, cum ne-

mo absque speciali Dei revelatione, agnoscere possit, an in praedestinatorum felicem sortem sit adnumeratus, et in libro vitae scriptus, ut aeterna fruatur vita; illud reliquum est solaminis, si quis signa quaedam aeternae praedestinationis a sacris eloquiis probata in se experiat. Inter haec Christus Dominus annuemeravit, libenter audire verbum Dei: Omnis qui ex Deo est, verba Dei audit, (Ioan. 8); cui consonant verba divi Lucae (Act. 14): Audientes gentes, gavisi sunt, et glorificabant verbum Domini, et crederent quotquot erant praedestinati ad vitam aeternam. Certe sustinere tri-duo docentem Iesum, nec habere, quod manderet, ut quondam turba illa, sedere ad pedes Christi, ibique cum Magdalena audire verbum Dei, nec ab ore loquentis pendentem posse avelli, non ob ministeria domestica, non ob murmur sororis, non pene ob fastidium, uti nec sie Diogenes ab Antisthene abigi aliquid poluit, ego praedestinationis indicium valde apparens esse sentio. Non ignoroat hoc David cum (Psalm. 38) dixit: Aures autem perfectis mihi: quae verba d. Hieronymus ex Hebraeo vertit: Aures fodisti mihi; hoc est, servum me tuum in perpetuum fecisti, iuxta id, quod (Exod. 21) de servati dicitur: Servi perpetui signum erat, auris perforatio; ita servi Dei perpetui signum est auris ad divina verba obedienter excipienda apertio, ad audienda vero daemonis, mundique verba oclusio. Incircumcisae Iudaeorum aures Hieremias vocat (c. 6). Incircumcisae autem aures illae sunt, quae ad verba noxia audienda circumcisae non sunt, quae mundum, daemoneque, veluti prophetas falsos, ac mendaces audiunt. Cui loquar, ait Dominus (Hier. 6), et quem contestabor, ut audiat? ecce incircumcisae aures eorum haec audire non possunt. Theodoretus: Vocat, inquit, aures incircumcisae, quae sine discrimine excipiunt omnia. Illud est discrimen, inter alia nulla, inter reprobos, et praedestinos, quod praedestinati audiunt verbum Dei, et ei obediunt. Cum enim Christus Dominus dixit (Ioann. 8): Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam, auditionem verbi sumpsit ibi pro adimplerione eius: alioquin non statim subderet: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis: nam illi etiam audiebant, sed quia non parebant auditis, ideo non audivisse dicuntur: illi ergo ex Deo sunt, illi electi, et praedestinati, qui audiunt verbum Dei, et illi obediunt; reprobi autem audiunt verbum divinum, convertentes illud in concenium, aures suas demulcentem, ut (Ezec. 33) dixit: Filii populi tui audiunt sermones tuos, et non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos; et ex eis quasi carnem musicum faciunt, quod suavi, dulcique sono canitur. Egregia sane similitudo: nam sicut qui suavissimam audit musicae harmoniam, instrumenti sono, ac voce solummodo delectatur; facta vero illustrium virorum, quae in canticum concenitur, non intendit imitari; sic plurimi conciones audiunt, qui praedicatoris stylo, dicendique modo delectantur, nec vero ad doctrinam, quam praedicat, attendunt, illam enim imitari non intendunt: quos in hunc modum

d. Ioan. Chrys. carpit (hom. 2. ad Popul.): Non est theatrum Ecclesiae, ut ad delectationem audiamus, auditores hinc oportet recedere lucratos amplius: temere enim, et frustra hinc proficiscemur; si ad tempus refrigerati, sic recesserimus vacui, et ditorum utilitate inanes facti; ita ille. Infelicem se mercator iudicat, si in foro negotianda causa progressus, inde sine lucro in domum redierit: forum spirituale est Ecclesia, et nos mercatores sumus bonorum aeternorum; propter huius mercaturae lucrum in Ecclesia convenimus: stultus sane est, qui sine lucro, sola auditus delectatione contentus, recesserit. Sed, proh dolor, nulli sunt hic stulti, qui ad audiendum verbum Dei non accedunt, ut illud, quod concionator monet, faciunt, sed, ut concionatoris eloquentia, et ratiocinandi acumen recreentur, quos ego non inco congruam parum otiosos pueris, qui ex silice ferro ignem excutunt, non ut ignem accendant, sed ut videant, quomodo evolvit scintillae, et eas salientes contemplantur; percutiunt silicem, et vix scintilla exilit, cum elumant: en, ut haec scintilla volavit? percutiunt iterum, ut aiant: plus ista volavit; sed quomvis plures iterent telic, nunquam tamen ignem accendunt, quia escam non admovent silicis, nam si admovent, ignem statim conceperit. Auditorum intellectus est tanquam silice, praedicatoris vero surus tanquam ferrum, hoc est estare. Vos igitur auditores huc convenitis, ut praedicatoris suis vocibus, et aures, et animos vestros feriant, non ut charitatis ignis in vobis accendatur, sed ut videatis quae nam scintilla plus evolvit, quismam in verbis ornator sit, quis in rebus plus eruditus, quis in gestu venustus, quis in pronuntiatione clarior, et decentior, et ita dicitis: plus volat hic, quam ille, melior est hic praedicator, quam ille, et nunquam divini amoris ignem accenditis, quia non applicatis escam, quae est voluntas, ut ignem concepat; nam si, cum intellectu, quod praedicator docet, apprehendit, statim voluntas tanquam esca illud amplexeretur, et amaret, magnus in animis vestris ignis exciaretur. Sed audiamus iterum divum Ioan. Chrys. hos curiosos, magis quam religiosos verbi divini auscultatores in haec verba reprehendentem (hom. 38. ad Popul.): Hoc Ecclesiam subvertit, quod non quaeritis sermonem concipiente audire, sed qui delectare valeat, et verborum compositionem, tanquam cytharodos, et cytharistas auditis, et nos sequitur, et aerumose facientes, vestras sequimur concipientes, cum illas excedere ipse esset, et idem sit, ac si pater aliquis frigidus, et molli filio licet aegrotanti, placentiam offerat, et aquam frigidam, et quae dumtaxat delectare solent, utrum vero nullam ingerat curam, et postea a medicis incutus, se purget dicens, quid faciam? ille ita cupiebat miser, et infelix, et proditor, neque enim huiusmodi patrem dixerim: et quanto melius est, bene contristari, et semper incolumem reddere, quam momentaneam hanc lacerationem continuae molestiae illud materiam; haec et nos patimur, verborum fucos concipientes, et compositionem, et elegantem inveniunt, ut delectentur, non ut proximis attendamus, quomodo videamur admirabiles, non quomodo

mores componamus: credite mihi, vera dico, dum mihi applauditur dicenti: per ipsum tempus, humanum aliquid patior: cur enim non verum fautor, et exultor, sed postquam domum ingressus, plausores nihil aditus cogitavero, et si quid proficisse debebant, per plausum et laudes amississe doleo, geno, lugeo, et languam omnia temere dixerim, sic officior, et mihi metipsi dico: quae mihi sudor utilitas, cum nihil lucratis sint auditores? omne igitur studium, fratres, ad dicta suscipienda praestetur. Unde deridendus est auditor, qui apud alios, bene, inquit, concionator dicitur, quid vero dixerit, pronunciarere non sum idoneus: hoc quidem assentationis est. Nam cytharocedus quidem audiens, hoc iure potiretur, utpote qui dictionem similiter profere nesciant, ubi vero non cauta est ostentatio, neque vocis, sed sententiarum, et philosophiae facultas, cuique dicere erit facile, quomodo igitur non accusatione dignum est, si quis laudans causam nequeat dicere, quam dicens laudavit: haec dicit d. Ioan. Chryso.

Uae idem discrimen inter praedestinos, et reprobos pulchre delineatum reperio in metaphora cibi. In sacris literis satis perspicuum est, verbum Dei cibum, et alimentum animae vocari (Amos. 8): Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et mittam famem in terram, non famem panis, nec sitim aquae, sed audiendi verbum Domini. Sane fami satisfieri non potest, nisi per cibum, et (Math. cap. 4) Christus Dominus dixit: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Unde divus Hieronymus (in Matt. 4): Si quis, inquit, non vescitur verbo Dei, iste non vivit. Et divus Augustinus (serm. 56. de temp.): Certissime, inquit, scitote, quia qualis est caro, quae post multos dies percipit cibum, talis est anima, quae assidue non pascitur verbo Dei. Quomodo caro per famem siccatur, et tenuis, veluti quoddam simulacrum efficitur, et inutilis, et ad nullum opus bonum congrua invenitur. Itaque, sicut cibum est necessarium alimentum, quo natura ad sui reparationem indiget; nam cum perpetuo per insensibilem evaporationem, actionemque caloris naturalis humidum radicale consumatur, natura per famem affectionem, quasi clamat, petens necessarium cibum, ne natus calor extinguatur, sicuti lampas, si non superfundatur oleum, ita similiter et anima propter continuum concupiscentiae ardorem, et labores, quos patitur, immittit viribus, et defecere aliquando videtur, ideoque oportet ei cibum verbi divini preparari, cuius continua subministratio reparatur vires, et facultates roborentur; et sicut ad hoc, ut cibum nutriat, ac deperditum calorem restituat, et stomachum illum retineat, sed necesse est, ut stomachus illum deglutire, coquat, ac digerat, et in reliqua corporis partes disperdat; ita, nisi cor animi cibum, quod est Verbum, non retinere est cibum sump-tum. Unde d. Gregor. (hom. 15. in evang.): Cibus stomacho languente reicitur, quando auditus sermo in ventre memoriae non tenetur: sed

quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur; tales sunt reprobi. Cor autem bonum et optimum, cuiusmodi est istarum, et praedestinatorum, stomachus est animi validus, et alimenta retinet, considerando coquit, et in cunctas dispergit actiones; nam cor per verbum Dei, actiones, negatque omnia moderatur, et dirigit. Unde de homine sapiente ait Ecclesiasticus (Prover. 20): Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis; non in ore corporis, sed in ore cordis: quare horiatum idem Sapiens (Prover. 3): Fili mi, ne oblitiscaris legis meae, et praecepta mea cor tuum custodiat. Hi revera audiunt verbum Dei, non, ut statim obliviscantur, sed, ut postea meditentur in lege veteri, ut Levitici (cap. 11) animalia, quae ruminabant cibum, manda erant: in lege vero nova, animae quae verba Dei audita meditantur, et quasi in propriam substantiam actione convertunt, ad magnum munditiam perveniunt. Haec esse illius legis spiritum d. Prosper. (sent. 103) manifeste testatus est: Verbi auditor, inquit, simul esse debet animalibus, quae ob hoc, quod ruminant, munda esse dicuntur, ut non pigeat cogitare, nec in alio cordis accipit, et cum audit, sit similis ruminanti. Avert certe ruminatio haec varias utilitates.

Nam primo haec ratione prohibentur inutiles, ac noxiae cogitationes, quas otiosae, vel vacuae menti diabolus solet suggerere. Cum enim duas res simul cogitare non possimus, si, ut aliquid aliud cogitandum, non cogitemus imunda, inquit d. Gregorius, si autem huiusmodi cogitationes accedant, facile abiguntur, cum iam alii hospites mentis nostrae domicilium occupaverint. Deinde, ita percipiunt, ac sentitur suavitatis doctrinae sacrae seu rerum divinarum, de qua propheta David (Psalm. 118): Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, et ibidem, narraverunt mihi iniqui fabulationes, seu delectationes suas, ut legit divus Augustinus, quas habent in vanilibus, ac voluptatibus suis; sed non in lexitua. Saaviores enim, ac solidiores sunt, quae percipiuntur ex meditatione legis Domini, de qua et sanctus Augustinus, affectiones habet labula, theatrum, venatio, accupium, piscatus, et non habeant opera Dei, et non habeant meditationes Dei interiores quasdam affectiones suas? ex hac delectatione, in meditatione percepta, sequitur alia utilitas, quod hominem inciteat ad ipsum bonum, quod delectatur, exequendum, unde propheta David (Psalm. 83): Dominus dabit suavitatem, ita legit divus Augustinus (in Psalm. 118): Et terra nostra dabit fructum suum. Et in illum Psalmum (concion. 8. lib. 2. cap. 9. cont. 2. epist. Pelay.): Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio, inquit divus Augustinus, iustitiae est delectatio; sine qua non solum non perficitur, sed nec inchoatur bonum ex nobis. Denique haec ruminatio, sui mentis consideratio hanc affert utilitatem, quod hominem, etiam exurgente tentatione, in opere bono confirmet, ac conservet: Scriptum est, inquit divus Augustinus, cogitatio sancta conservabit te. Cogitatio praesentiae Dei conservavit Susannam matronam pudicissimam, ne tu-

lacioni succumberet, qua ad impudicitiam sollicitabatur, proposita etiam infamia, ac morte, ni consentiret: Melius est mihi, inquit, aboque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Cogitatio potentiae, ac iustitiae Dei conservavit Eleazarum nonagenarium senem, ne formentis cederet, cum iuberetur caecae porcinas contra legem Dei manducare: vel saltem hoc simulare, ut mortem, et alias poenas gravissimas evaderet: Elsi, ait, in praesenti tempore suppliciiis hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec vicus, nec defunctus effugiam. Quid Machabaeos fratres variis, acerrimisque poenis fecit superiores? cogitatio utique futurae remunerationis, ac gloriosae resurrectionis, quorum unus constanter ad tyrannum: Tu quidem, sceleratissimae, in praesenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in aeternae vitae resurrectione suscitabit. Et alter linguam, ac manus postulavit, ut amputarentur, cum fiducia aiebat: E coelo ista possideo, sed propter Dei fiduciam haec ipsa despicio, quoniam ab ipso ea me recepturum spero. Cogitatio novissimorum Davidem regem conservavit a gravi lapsu, ad quem propendebant pedes eius, cum videret afflictionem honorum, et peccatorum pacem, ac prosperitatem: Existimavi, inquit, ut cognoscerem hoc: id est, conatus sum, hoc intelligere, cur boni affligantur, mali prosperentur? labor est ante me, id est, exorta est mihi difficilis quaestio, et solvi non potest; donec intrem in sanctuarium Dei, et intelligam in novissimis eorum: ibi enim, inquit divus Augustinus: Cognoscebat, et considerabat totum genus humanum, omnem istam massam mortalitatis venturam esse ad examen, venturam ad librum, ubi appendentur opera hominum: cuncta modo nubes involcit, sed Deo cognita sunt merita singulorum. Ibi manifestabuntur, ut mali aeterna supplicia, boni vero aeterna recipiant praemia. Quia tamen non sufficit mandare, ruminare, imo et digerere cibum, nisi postea in alimentum conversus, distribuatur per omnia corporis membra, ut vires singulis praeslet ad propria munia exercenda, oculis ad videndum, manibus ad palpandum, pedibus ad deambulandum, et sic de reliquis.

Hoc etiam est discrimen inter praedestinos, et reprobos, probos, et pravae divini verbi auscultatores, quod probis, et praedestinis prodest cibum verbi divini ad petulantiam sensitivarum potentiarum compescendam, et ad effrenem earum concupiscentiam in officio continentiam: oculis prodest ad modeste, et caute videndum, manibus, ut a prohibita tangendo arceantur, pedibus, ut ab iniquis gressibus absterneant, ac tandem omnibus potentibus vires suppeditat, ut animae noxia submoveant, et Creatori suo perseveranter inservant. Atque hinc intelligenda veniunt verba illa d. Ioannis capite 10. suae Apocalyp. cui, cum datus esset liber in cibum, ut illum comederet, dixit (Apoc. 10): Et erat in ore meo, tanquam mel dulce, et cum devorarem eum, amaricatus est venter meus: etenim, licet multi interpretes existiment, librum hunc significare vaticinia rerum futurarum extremis mundi

CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. III.

temporibus, quem in ore quidem dulcem, in ventre autem amarum sensit Ioannes; quia primum fuit ipsa rerum praenotio creatus, sed paulo post amplius in earum contemplatione versatus, cernensque terribilia illa iudicia, quae adhuc manent mortalia, incredibilem animo concepit dolorem. Angelicus tamen doctor (in commentario huius loci) interpretatur librum hunc, verbum Dei esse auditum, quod, quia rationi superiori animae suave est, tanquam mel dulce in ore suo esse dixit; quia tamen sensualitati et carni, quam coereat, displicet, et insulsum illi est, ideo subiunxit, amarum fuisse ventri eius. Certe, quod verbum Dei dulce sit rationi, palam cecinit regius Valet (Ps. 118): Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: in quem locum divus Hieronymus (in Ps. 118) expendit, non sine mysterio dictum esse faucibus, quia nimirum traiecit per guttur melle, vel alio cibo palatum nullum ultra saporem habet; ac vero divina eloquia sive in ore, sive in faucibus semper sunt dulcia meditantibus. Notavit quoque Kenigius non solum dictum esse faucibus, sed etiam ori: quia divina verba praedicatorum tunc sentiunt in faucibus dulcia, cum ex ipsis adificationi propriae student; tunc vero in ore, cum eorum dulcedinem aliis etiam eructant, et communicant. Denique divus Ambrosius explicavit adhiberi mellis similitudinem: quia, sicut, inquit, ori amara, quae febricit, vel alii aegritudinibus acciderunt, mel mitigat, ita moesta, et tristia corda ad delectationem ponentium, divino sermone dulcescunt. Quod vero sensualitati et carni verbum Dei videatur acerbum, inde proficitur, quod carnis rebellionem comprimat, depravatque naturae licentiam compescat; quia quidem in redivivum verbum est pillulae cuidam inauratae quam simillimum, quae daleiaris involuta in ore quidem dulcescit, sed postea ventrem, universumque corpus commoveat, nec sine molestia, et nausea pravos humores pellit, et sanitate affert: atque ad hoc ipsum significandum vir ille, qui Ezechiel (cap. 1) apparuit, cum in superiori parte esset ex electo, in inferiori tamen totus erat igneus: quia Deus superiori quidem mentis nostrae parti totus est dulcis, instar electri, amorem nostrum blande concilians; in inferiori autem igneus, hoc est, omnem inferioris partis corruptionem severe non sine sensu doloris adrens. Unde d. Augustinus (hom. 8. in Apoc.): explicans praedictum locum Ioannis, dixit: Cum perciperis verbum Dei, delectaberis eloquiis divini dulcedine; sed amaritudinem senties, cum praedicare, et operari coeperis, quod intellexeris, scriptum est: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Contra vero reprobi, ac pravi verbi divini auditores, licet verbi divini esca cibentur, illam tamen non retinent, non decaquant, sed facile evolvunt; ut enim Ecclesiastes (cap. 21): Cor stulti quasi vas confractum, et omnem sapientiam non tenet. Unde, sicut cibum, quem quis vomit, nullas corporis membris vires subministrat, ita cibum verbi divini nihil illis prorsus prodest ad infraendos sensus, ac prae-

prias concupiscentias reseccandas. Quare de illis David (*Psalm.* 100) dixit: *Omnes escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Per hoc verbum omnem escam Dei verbum significatur, quod esca est perfecta: phrasim enim est sacrae Scripturae, hoc verbum omne pro perfecto accipere: ita illud divi Pauli (1. *Tim.* 1) intelligitur: *Ut in me ostenderet Christus Iesus omnem patientiam;* id est, perfectam patientiam, et quoties in suis epistolis ait: in omni patientia, intelligi debet in perfecta patientia: et illud (*Sap.* 16): *Panem de coelo praestitisti illi, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem, omne delectamentum, id est, perfectum: ita hic omnem escam, id est, perfectam escam.* Et cum Dei verbum esca sit tam perfecta, et animis tantae utilitatis, certe eam abominari, est mortis, et aeternae condemnationis portis propinquum esse, non obscurum signum, alque adeo in numerum reproborum esse reductum, etc. Atque ad hoc mihi respexisse videtur d. Ioannes Chrysostomus (*homil.* 4. in *Gen.*) dum ait: *Videns alacrem, et quotidianum vestrum in hoc templo concentum, magnam percipio voluptatem, misericordemque Deum in profectu vestro glorificare non cesso. Nam, sicut esurire, sanitatis corporalis iudicium est, ita et studio magno audire divina eloquia bonae animae valetudinis certissimum est argumentum. Is enim Domini nostri mos est, ut quoties videt animam aliquam multo desiderio, promptitudineque intenta spiritualibus inhiantem, liberaliter illam gratia, et opulentis donis suis locupletet.* His addo ex divo Bernardo discrimen aliud ex metaphora cibi deproptum inter praeseditos et reprobos: ille enim docens, quod aliter reprobis, aliter electis verbum Dei sapit, sic exorditur: *Legimus in Evangelio, quod, praedicante Domino, dixerint, durus est hic sermo, et ex hoc iam non fuerint cum eo: interrogati vero discipuli, an et ipsi vellent abire? Domine, inquit, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes. Ita dico vobis, usque hodie quibusdam manifestum est, quoniam verba, quae loquitur Iesus, spiritus est, et cetera sunt, et propterea sequuntur illum: alii vero videntur, et miseram alibi quaerunt consolationem. Sapientia siquidem in plateis clamant, in lata videlicet, et spatiosa via, quae ducit ad mortem, ut revocet ambulantes per eam. Semel locutus est Deus, semel utique, quia semper: una enim, et non interpolata, sed continua, et perpetua locutio est. Revocat autem peccatores ad cor, de cordis errore, redarguit pro eo, quod ibi habitat ipse, ubique loquitur, faciens, nimirum, quod docuit per prophetam dicentem: Loquimini ad cor Hierusalem, nam Babylon, quoniam sermones eius, elongat a corde, et in carne magis ambulat, tanquam mortua a corde, timo tanquam columba seducta, non habens cor, vult enim lactari, cum male fecerit, et exultare in rebus pessimis, audiensque vocem Domini, humismodi gaudia iubilans approbantem, sed destantem, sed arguentem, sed condemnantem, fugit, et abscondit sic, sicut Adam, ne Dominum audiat. Audies vocem iudicii, quae vocem con-*

*scilii contempsisti. Salubriter modo admonet nos propheta, dicens: Hodie, sic vocem eius audieritis, nolite ob durare corda vestra. Utilitas namque, et multo salubrius est, hodie audire consulentem, consolantem, admonentem, docentem, condemnantem bonum mihi propter verba laborum eius, cum propheta custodire vias duras, quam pariter cum impio interfici spiritui laborum eius; haec divus Bernardus. Consonant his, quae d. Ioannes Chrysostomus scribit (*hom.* 38. *oper. imp. in cap. 21. Matth.*) dicens: *Sicut stomacho ministrante, unumquodque membrum suscipit nutrimentum, et convertit ipsum in se secundum suam naturam, ut puta, quod suscipit iecur, totum fit sanguis, quod autem suscipit fel, bilis efficitur totum, quod vero ascendit in pulmonem, phlegmata fiunt, quod autem in mammillas, totum efficitur lac; sic sacerdotibus in ecclesia loquentibus, verbum omnes suscipiunt; unusquisque autem convertit illud secundum proprium cor, ita ut unum, alque idem verbum in cordibus quidem rectis procreat ad vitam, in cordibus autem perperis suscitet iracundiam, quasi bilis; in aliis autem operatur dilectionem dulcissimam, quasi phlegma nocivum, et expendum. Non dissimilia sunt alia Origenis (*hom.* 5. in *cap. 4. Iudicum*), ubi explicans mortem Sisarae, quae facta est a lahele, quae dedit ei lactis potum, dicit: *Verbum Dei, quod incipientibus datur, tac dicitur; sed iste cibis is quidem, qui ad bonum proficendi propositum gerunt, vitam tribuit, et salutem, is vero quibus contraria placent, quibus luxuria, avaritia, et omnis impietas cordi est, huiusmodi doctrina necem, et interitum praestat. Sic ergo fit, ut ex his, alque iisdem cibis, quibus aluntur boni, suffocentur mali, et in quo piis vita est, ibi sit impiis mors. Denique, ut exemplo res, quam dicimus, planior fiat, vinum sanos, et comode degentes iuvat, et cor hominis lactificat; febricitantibus vero, si sumpserint, perniciem continuo, et interitum parit; ita fit, ut eadem res eodem modo sumpta, uni quidem vitam, alii autem conferat mortem. Sic intelligendum est, et Sisaram istum, animalem hominem et vitiorum principem per doctrinam Ecclesiae, quam ex fide non suscipit, extinguitur; sed et unguaqueque anima salis aqae, lacte isto evangelico, atque Apostolico sapire in semetipso, et extinguere Sisaram: si enim per haec edoctus quis mortificaverit membra sua, quae sunt super terram, avaritiam, fornicationem, Sisaram in semetipso videbitur permisisse, ut haec non solum in persona Ecclesiae consummari, verum etiam unusquisque in sua anima ostendat impleri.***

Ad extremum. Quidam divini verbi auditores ita durae cervicis esse perhibentur, ut quotidie verbum Dei audiant: illi tamen obedire non curant, ut fructum ferant, sed vana voluptatibus dediti, animas suas diabolo venales faciunt. Hi sane, non beati, sed infelices sunt, cum animas suas diabolo perpetuo possidendas tradant. (*Levit. cap. 28*) ait Dominus: *Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus annus impleatur, si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, et poste-*

ri eius in perpetuum. Per urbem Ecclesiam significari docet Isaias (*cap. 26*): *Urbis fortitudinis nostrae Sion saluator, ponetur in ea murus, et antemurale.* Murallis ergo, qui in Ecclesia catholica vitam degit, peccatis laeana deditus, audire non vult vocem in Canticum: *Venefici incantantis sapienter, sed potius obturati aures suas:* licentiam habet redimendi per veram poenitentiam domum suam, hoc est, animam suam, quam diabolo vendidit, intra annum illam, de quo Christus olim per Isaiam dixit: *ut praedicarem annum placibilem Domino:* si enim in hoc tempore gratiae redimere illam noluert, vae illi, nam peracta vita, emptor diabolus, atque possessores eius, hoc est, celeri daemones in perpetuum possidebunt eam. Hi sunt, de quibus Dominus per Isaiam ait (*cap. 3*): *Populus ad iracundiam provocans est, et filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus, nolite aspiciere nobis quae recta sunt, loquimini nobis placenta.* Quasi dicant peccatores omnes: nolite nobis videre, quae recta sunt; ne gehennae flammam comminemi, sed promittite nobis regna caelorum, ut post luxuriam, et delicias pendatur nobis paradisos. Quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libenter ingredior? quid replicas verba sancti Israelis, quod mei pectoris arcana non penetrat? vae hominibus istis. Nam eveniet illis, si sapiant, quod statim Dominus minatur, dicens (*ibid.*): *Pro eo, quod reprobatis verbum hoc, et superastis in calumnia, et tumultu, et iniuriam estis super eo, propterea erit vobis iniquitas haec, sicut interruptio cadens et requisita in muro excelso; quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius, et comminetur, sicut conteritur lagena signi contritione pervalida, et non invenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de foeca; quasi dicat: ut pars muri, minans ruinam, repente cadit, et secum magnam muri partem trahit, sic iniquitas vestra, et fiducia haec vana, quam habetis in oprobis, et in hominibus, erit in causa, ut vos brevi ruatis miserime; et ita conteremini, sicut hydia figuli, quando in minuta frusta comminuitur. Aspice perditissimorum hominum corruptelam et caecitatem. Aspice eorum poenam, et infelicem exitum. Talis erat Achab, qui interroganti Iosaphat, utrum esset aliquis propheta Domini, qui virtutem praediceret? haec verba respondit (3. *Reg. 22*): *Remansit unus, per quem possumus interrogare Dominum; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum: et paulo post refert Scriptura, eundem Regem iratum vaticinio prophetae, eum in carcere conicis, ubi pane afflictionis, et aqua angustiae sustentaretur. Et Asa alium prophetam illi veritatem dicentem in carcere relegavit. Sed Achab seductus per falsos prophetas, miserum perit in bello. Asa vero dolore pedum vehementissimo affectus, infeliciter mortuus est, etc. Confugiamus igitur, si Dei vindictam fugere volumus, ad verbum Dei, invenimus doctrinam, salutarem virtutis indagatricem, vitiorum expultricem, medicinam animis medentem, eosque in suam digni-**

tatem revocantem. Hoc enim est fons uberrimus, cuius haustu, atque potu conceptum visceribus sitim sedamus, ardoremque extingui-mus. Hoc est flamma illa, quam vidit Moyses ardentem, rubrumque non comburentem, ubi Deus est, animos nostros incendens, aeternaeque beatitudinis desiderio inflammans. Hoc est scala illa, quam vidit Iacob, quae summitate caelos tangebatur, per quam a terra ad caelum patet ascensus. Hoc est cellarium Ioseph in Aegypto huius mundi constitutum, ad quod undique recurrere debemus, ut famem expellamus, hoc est, manna illud caeleste, minutum, sed candidum, et dulce, omnes ad veram missionis patriam euntes, reficiens. Hoc est ros de coelo descendens: hoc est pluvia animam foecundans: hoc mel in ore, et mellos in aure: hoc divinum semen mirificos fructus producens: hoc fons gratiae dulcedinem in animam distillans, hoc saluti scientia, hoc lampas in caliginoso loco lucens, hoc splendidum spectulum, hoc spiritus, et veritatis doctrina, hoc liber signatus, quem qui adducunt, sapientes fiunt. Hoc est turris David munissima, quae, ut est Canticorum libris mandatum, aedificata est cum propugnaculis, ex qua pendent mille clypei, omnesque fortium armaturae: hoc est, mentis speculum, hoc est, thesaurus sapientiae, hoc est, quod vitae tranquillitatem largitur, hoc est, lucerna pedibus nostris: hoc est, quo adversus daemones, mundum et carnem contendimus; est enim verbum Dei gladius spiritus, ut ait Apostolus, quo inimicos percutimus, et prosterimus, et de quibus quotidie victoriam reportamus: est gladius ille, de quo Isaias aiebat (*cap. 27*): *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, et grandi, et forti super Leviathan serpentem velem, et super Leviathan, serpentem tortuosum, et quo Dominus in fine mundi percutiet, atque fugere faciet eum, qui nunquam fugere consueverat. Libenter igitur suscipiamus, et in animis circulosdamus verbum Dei, cum eius custodia tot, tanlorumque bonorum sit fons, et scaturigo.*

At, proh dolor, ea est divini verbi audientia negligentia, et pigritia, ut, si longe absit templum, ubi divini verbi concio habetur, molesse ferant multi eo convenire; et ne quidquam incommoditatis sentiant, facile verbi divini audientem praetererunt; quos satis confundunt antiqui philosophi, qui non solum philosophiae addiscentiae gratia, sed et illius solum magistris videndi desiderio inflammati, non dubitarent, aspernari conficere itinera, quorum divus Hieronymus meminit (*epist. ad Paul.*): *Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse provincias, nocuos adhaesce populos, maria transisse, ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphis vales, sic Plato Aegyptum, et Architas Tarantinum, eamque oram Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragravit; ut qui Athenis magister erat, et potens, cuiusque doctrinam Academicae gymnasia personabant, feret peregrinus, atque discipulus, ma-lens aliena recurrendi discere, quam sua impudenter ingerere. Denique cum literas, quae toto*

fugientes orbe persequitur, captus a piratis, atque denudatus, etiam tyranno crudelissimo parvum captivus, vincetus, et serrus. Tamen quia philosophus maiore mente se fuit, ad Titum Livium lacteo eloquentius fonte moventem de ultimis Hispaniis, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa aetas inauditum omnibus saeculis, celebrandumque miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quaerent. Apollonius philosophus intravit Persas, pertransivit Caucasum. Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetravit, et ad extremum latissimo Phayson amne transfuso, pervenit ad Brachmanos, ut Hircanum in throno sedentem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum, ac dierum cursu audiret dicentem. Inde per Elymas, Babylonios, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palaestinos reversus Alexandriam, perrexit Ethiopiam, ad gymnosophistas, qui sic vocati sunt, quia nudi in sylvis agunt, et famosissimum solis mensam videret in sabulo, invenit ille vir ubique, quod disceret, et semper proficiens, semper se melior feret. Quid loquor de saeculi hominibus, cum Apostolus Paulus eas electionis, et magister Gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquatur. An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus? post Dananensem, Arabiamque lustratam, ascenderit Hierosolimam, et videret Petrum, et manserit apud cum diebus quaedam, a quo futurum gentium praedicator instruendus erat. Habet enim nescio quid latentis energiae viva vox, et in aures discipuli de auctoris ore transmissa fortius sonat. Unde et Aeschinus, cum Rhodi exaltaret, et legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis, atque laudantibus suspirans, ait: quid, si ipsam audisset bestiam sua verba resonantem? haecenus d. Hieronymus. Antiquissimus autem Origenes hos desides, ac oscitantes verbi Dei auditores (hom. 10. in cap. 24. Gen.) in haec verba carpit: Vereor, ne adhuc in tristitia, et gemitu Ecclesia filios pariat: an non est et tristitia, et gemitus, cum vos non concenitis ad audiendum verbum? et via festis diebus ad Ecclesiam proceditis? quid igitur ego faciam, cui dispensatio verbi eredita est? qui licet inutilis servus sim, accepi tamen a Domino distribuendam familiae Dominicae tritici mensuram. Quid ergo faciam? ubi, vel quando vestrum tempus inventiam? plurimum ex hoc, imo pene totum tempus mundanis occupationibus teritis in foro, aliud in negotiatione consumistis: alius agro, alius litibus vacat, et ad audiendum Dei verbum nemo, aut pauci admodum vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo? quid de absentibus conqueror? praesentes etiam, et in Ecclesia positi, non estis intenti, sed communes ex usu fabulas teritis, verbo Dei, vel lectionibus divinis terga convertitis: vereor, ne et vobis dicatur a Domino: Converterant ad me dorsa, et non facies suos, quid igitur ego faciam? possum ne surdis, et aecris auribus ingerere margaritas verbi Dei? ac deinde nonnullis interpositis subdit: Rebecca veniebat cum filibus civitatis haurire aquam

de puteo. Rebecca quotidie veniebat ad puteos, quotidie hauriebat aquam, et quia quotidie vocabatur ad puteos, idcirco inveniri potuit a puero Abraham, et in matrimonium sociari Isaac. Animum est ista eruditio, et spiritualis doctrina, quae te instituit, et docet, quotidie venire ad fontes Scripturarum, ad aquas Spiritus sancti, et haurire semper, ac plenum vas donum referre, sicut et faciebat sancta Rebecca. Vult te Christus sibi desponsare, sed non fit hoc, nisi venias ad puteos, et haurias aquas, ne sicut verbi Dei potaris, sed audias Dominum dicentem: Qui sedit, veniat ad me, et bibat; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXII.

Agimus de religiosa translatione Iconis sanctae Mariae Maioris ad celeberrimum sacellum a Paulo Quinto Pontificissimo in honorem Deiparentis sacellum.

Inter pleraque summi Pontificis Pauli Quinti heroicae patrala facinora, pontificia ac regia eius maiestate digna, mihi hodierna die commendandum venit, ad coelumque usque effundendum, religiosus cultus studium, quod in erigendo a fundamentis celeberrimo sacello sanctae Mariae ad Nives, et imaginis illius honorifica translatione, universo populo Romano applaudente exhibuit. Potuissent equidem permulta alia, tanti Pontificis gloriosa gesta, nisi ea universo orbi nota fuissent, oratione persequi: potuissent recensere catholicae fidei illius zelum, cuius locuples testis est frequens admonitio, qua regem Angliae, universa eius regna, ac provincias ad veritatem fidei catholicae revocare impense conatus est: commemorare possem immunitatis Ecclesiae conservandae, ac sacrae libertatis iura inviolata custodiendae sedulam ac diligentem eius curam; in pace, et rerum abundantia, ad vitam humanam tranquille, ac prospere transigendam, singularem adeo providentiam, ut populis Romanis eam benedictionem nactus videatur (Psal. 121): *Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis*: incepti aedificii Basilicae principis Apostolorum, mirabilem structuram, usque adeo aetnam, et potiori iure, non promotor, sed eius auctor, ac fundator dicendus videatur: sollicitudinem omnium Ecclesiarum, praeter instantiam quotidianam, et de Paulo quinto, Pauli more loquar, varia Apostolica diplomata expedita, ut homo reipublicae christianae regimini, tam in spiritualibus, quam temporalibus consulatur, et unicuique ius suum indemne servetur: beneficia innumera plusquam regia munificentia in rem publicam Romanam collata, adeo ut de illa, Pontificum nemo benemeritis magis censeri possit: ingentem aquae copiam, in agro Braccianensi, saluberrimis et fontibus collectam, veteribus aquae Aelsietinae ductibus restituit, novisque additis,

ductam, eamque copiosam adeo, ut aliis fontibus deficientibus, ipsa prae nimia eius uberitate, ad totius Almae urbis usum, sola sufficere posset: Romam multifariam, multisque modis sumptuosam, ac pulcherrimis aedificiis illustratam, praecipue tamen illo in monte Quirinali ad summorum Pontificum usum erecto, publicas vias, obliquitate sua urbem deformantes, ad rectitudinem ita revocans, et asperas in planas conversas, ut mira iude iam in urbem viarum pulchritudo effulgeat; sapientiae academiam, non solum recens exornatam, sed magnifici aedificii mole amplificatam. Quid plura? praestantes viros absque numero virtute conspicuos, ac literarum peritiam insignes, variis honoribus cumulatos, et ad purpuream usque dignitatem evectos; Vaticanam bibliothecam, magni momenti codicibus manuscriptis, et aliis, iam typis mandatis, copiose supplementam: frequentes, ac quotidianas in pauperes religiosorum familias, et alios indigentibus, liberalissimam ad eorum inopiam sublevandam largitionem, ut merito in eum conveniat: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi*. Haec omnia consulo clauderituli committit, solum ad Pauli Quinti cultum, et devotionem erga Deiparam Virginem in translatione Iconis sanctae Mariae ad Nives nuncupatae ad celeberrimum sacellum ab eo, nullis pecuniis sumptibus parcente, feliciter extractum sermonem converto.

Commemorant sacra eloquia (lib. 2. Reg. cap. 7), quod serenissimus rex David, alta mente perpensus arcem testamenti, quam alio nomine vocabatur arcam foederis, in humili loco collocatam, se tamen domum cedrinam inhabitare, exquisita structura affabrefactam, dixit ad Nathan (2. Reg. 7): *Vides ne quod ego habitem in domo cedrina, et arca Dei posita sit in medio pellium?* non dissimiliter summus Pontifex Paulus V. divino afflatus spiritu, in similem hunc Davidis religiosam incidit cogitationem; nunquid ego in celeberrimo d. Petri palatio aureis lacunaribus insignito habitabo, et animata arca Dei, Deipara scilicet Virgo, per veterem illam arcam egregie adambata, in humili loco collocata iacebit? Minime gentium; sed ex arcto, et angusto illo loco ad augustum, et amplissimum domicilium illam transferam. Cogitatione pares intueor Davidem, et Paulum Quintum, opere tamen dispares, quia quod cogitavit David, non perfecit, sed Salomon filius eius, iuxta divinum oraculum ad Nathan, dicens (2. Reg. 2): *Ipse aedificabit donum nomini meo, et stabiliat thronum eius*; summus autem Pontifex Paulus Quintus, non vir sanguinum, cuius causa David repudiatus fuit a Deo aedificare sibi templum, sed velut alter pacificus Salomon, id quod de aedificatione sacri sacelli, ad religiosam collocationem arcae animo praestituit, opere ipso complevit, ea sane magnificentia, et praecleara structura, ac exquisitis lapidibus, et preliosis gemmis exornatum sacellum erigens, ut nulla quacunque facunda oratione aequari, aut pro dignitate extolli queat. Id tamen solum non temere dicam, quod cum aliquo in urbe Roma reliquarum

urbium Principe, tyrannorum Christianis persecutionibus extinctis, quadrangenta templa Deiparae consecrata fuerint, ut auctor est Andreas Fulvius (lib. de Antiqu. urb.), et nunc etiam permulta illorum magne vetustatis extent, et alia domus extructa, aut restituta sint; ut sancta Maria trans Tyberim, in Thermis, in Porticu, Ara coeli, Rotunda, in Via lata, Schola Graeca, a Palmis, Annunciata extra urbem moenia, in Dominica, de populo, super Mineram, in Via nova, libera nos a poenis Inferi, Crypta picta, a Trivia, in Aquiro, Scala Coeli, et alia plura, tam in urbe, quam extra urbem erecta, ut merito dicitur Antoninus (4. p. tit. 15. cap. 24. §. 3) dixerit: *Generatio electorum Ecclesiae beatissimam dicit Virginem ex multitudine Ecclesiarum dedicatarum sub titulo eius per totam urbem*; nullum tamen templum praecleara architectura, aedificii maiestate, gemmarum splendore, argenti, et auri copia, ac pretiosissimis aliis ornamentis cum Paulino sacello valet, mo iudice, ulla ratione comparari. Grande opus est, sed non cuiquamque, sed Dei Genitrici praeparator habitaculum, in cuius obsequium quidquid ad ornatum templi eius impensum fuerit, pergratum sibi existere, vetusta antiquorum monumenta lucenter satis contestantur. Nam omissis illo insigni miraculo, cuius meminit Petrus Chamaeensis (lib. 2. mirae. cap. 3), cum Virgo recens accessit, nec assumptis illustrari solita erat; sane Gregorius Turonensis (lib. de glor. Martyr. cap. 9) refert, imperatorem Constantinum Deiparae Basilicam admirabiliter opere exersisse, in qua cum columnae prae magnitudine levari non possent, habebant namque sexdecim pedum circumum, beatissima Virgo per visum ostendit artificem, quassam machinas adhiberet, quomodo trochleas suspenderet, atque funes, iussitque, ut tres pueros et scholis ad tantum opus adhiberet. Quae omnia, cum ille evigilans perfecisset, tres illi pueri comitatus, qui multitudo virorum fortium movere nequiverat, summa facilitate, et velocitate sublevarunt. Deinde Procopius nobilis auctor (lib. 1. de aedif. Iust. imper.) rem mirabilem commemorat: affirmat enim, quod cum hic Imperator templum Dei Genitricis poltruchum, ac permagnificum extruxerit, et ad tectum illi imponendum arboribus sublimibus artifices egerent, inventam fuisse sylvam quandam, cedris altissimis abundantem: ad columnas etiam, quae molem superimpositam sustinerent valerent, mirabili Dei providentia ubere lapidicinas detectam fuisse, his verbis idem auctor scribit: *Cum regio Hierosolymitana longe a mari sita, et undique praeruptis montibus vallata, columnas alitunde inferendi locum non proberet, Deus in proximis montibus lapidis naturam indicavit, huic operi satis congruam, qui lapis, aut prius existens hic delituit, ut nunc primum conditus est. Hic igitur ingentium columnarum, et ignis flammam quodam colore intantium, magna copia, quae suffulcebant templum, superne, et inferne, et ad porticus fere templum obuntes; haecenus Procopius.*

Verum his omissis templis ad nostrum sanctae Mariae Maioris redeat oratio. Nullis nos-

se prudens, ac sapientissimum consilium Pauli Quinti in pulcherrimo illo extruendo sacello? benignas quaeso aures praebete ad memorabilem, ac inauditam historiam sancti Henrici imperatoris angustissimi, cuius memoria in Romano martyrologio die decima quarta Ianii recolitur. Naclerus insignis Historiographus in haec verba illam narrat: *Fertur de Henrico hoc, quod semper primam noctem ingrediens urbem, solitus fuerit in Ecclesia sanctae Mariae Maioris manere. Contigit autem semel, quod, dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus Pontificalibus indutus procedere, Misam celebraturus, quem sequebatur s. Laurentius, et loco Subdiaconi Vincentius, post hos Virgo Dei Genitrix cum multitudine virginum, et angelorum, dehinc Ioannes Baptistae cum patriarchis, et prophetis, post hos Petrus, et Ioannes cum ceteris Apostolis, et Evangelistis, et s. Stephanus cum martyribus, s. Martinus cum confessoribus. Angeli inceperunt introitum. Suscepimus Deum misericordiam tuam, et dum cantaretur, Iustitia plena est dextera tua, omnes Christum, et b. Virginem imitantes, extenderrunt digitos in Henricum: post Evangelium, indecibilis subito angelus librum descalatum a Christo praesentavit b. Mariae, et post eam omnibus per ordinem descalandum. Denum innuit b. Virgo angelo, ut porrigeret librum etiam Henrico ad osculandum, dicens: Praebe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet, et cum praeritimo gaudio raptus nesciret ad plenum intendere, angelus ipse in nervo tangens, dixit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter tuam castitatem, et iustitiam; et exinde usque ad mortem, ut alter Iacob, claudicabat; ex quo e-ventu vocatus est Henricus Claudius; haclenus Naclerus. Cuius historiam non parum nostro argumento deservire aulmo. Nam cum Paulus Quintus Pontifex Maximus Christi Vicarius sit, et ad vicarium Patroni sui vestigijs insistere pertinet, ac regiminis eius exempla aemulari; certe ipse cum prae omnibus alijs urbis templis, illud percelebre s. Mariae Maioris, non solum nive coelitus delapsa, sed praesentia Christi in ea missam celebrantis, in conspectu Henrici imperatoris, mirifice honoratum, et illustratum, observaverit, vestigia Christi sequens, hoc idem Marianum templum honorare, illustrare, exornare, et locupletare prae omnibus alijs pie pariter, et sapienter elegit, persimilis et moribus factus ipsi Henrico imperatori, cuius castimoniam, coelesti dono sequutum, et iustitiam imitatum, non solum Romanorum, sed exterorum fama pervulgat, ac per omnium ora gloriose volitat.*

Porro, ut summi Pontificis Pauli Quinti in erigendo hoc sacro sacello Deiparae Virgini dicato, non solum mira religio, sed singularis prudentia, immo et sacrae eiusdem architecturae peritia clarior, et rutilantius enitit, atque quaeso perpendite, quod cum ad partem sinistram sacrosancti templi s. Mariae Maioris extructum esset permagnificum sacellum, Pontificia munificentia a Sixto Quinto erectum, ubi Praesepe Bethlehemiticum, in quo b. Virgo infantem recens natum deposuit, d. Luca dicente (cap. 2): *Pannis eum involuit, et reclina-*

vit eum in praesepe; opus erat ad debitam illius templi proportionem, et aequalitatem, aliud pulcherrimum ad dexteram partem extrui sacellum, e regione illi correspondens, quod divino consilio factum, nemo inficias ibit, qui locum illum (Cant. cap. 5): *Laeza eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me,* attente perpendit: super quae verba d. Augustinus (in Psal. 120), Origenes (homilia post.), D. Gregorius Nyssenus, Beda, Rupertus, et alii non pauci, per laevam intelligunt merita, et labores praesentis vitae; per dexteram vero mercedem, et gloriam futurae, iuxta illud Davidis (Psal. 43): *Delectationes in dextera tua usque in finem.* Ut significaret ergo Deipara a dilectissimo Sponso suo cumulatam fuisse in hac vita laboriosis multis meritis, in futura vero gloriosis praemiis, idcirco dixit: *Laeza eius sub capite meo,* scilicet in Ecclesia militante, et dextera illius amplexabitur me, in Ecclesia triumphantem. Quibus duobus, merito scilicet, et praemio, complexa est beata Virgo magna, quae fecit illi, qui potens est, et sanctum nomen eius. Cum igitur in sacro illo templo s. Mariae Maioris, ita Dei Genitricis proprio, ut cum nive de coelo demissa illud delinearit, merito dicere possit (Deut. 7): *Elegi, et sanctificavi mihi locum istum.* Sacellum unum ad sinistram extructum, labores Virginis, et praecipue in Bethleem perpassos, iuxta praesepe, quod ibi adest, adamusim representans, nec non etiam varia lotius vitae illius merita praeclearis imaginibus ibidem depictis adumbrans, ratio ipsa postulabat, ut aliud gloriosius sacellum ad dexteram partem a fundamentis egereretur, quod praemium illorum laborum, ac insignium meritorum, autem oculos fidelium proponeret, prout factum conspicimus, exaltatione Virginis in coelum per angelorum ministerium facta, arlificiose ibi constructa, ut sicut in illo Virginis angustias, labores, ac merita religiose colebant, ita in hoc gloriae praemium, illis responderet, devote venerentur. Et sicut in illo Bethlehemitico porticus egestalem, quam Deipara sustinuit, in mentem revocabant, ita in hoc gloriae praemium, illis responderet, devote venerentur. Et sicut in illo Bethlehemitico porticus egestalem, quam Deipara sustinuit, in mentem revocabant, ita in hoc gloriae praemium, illis responderet, devote venerentur. Et sicut in illo Bethlehemitico porticus egestalem, quam Deipara sustinuit, in mentem revocabant, ita in hoc gloriae praemium, illis responderet, devote venerentur. Et sicut in illo Bethlehemitico porticus egestalem, quam Deipara sustinuit, in mentem revocabant, ita in hoc gloriae praemium, illis responderet, devote venerentur.

teram partem fuerit aliud honori, et gloriae eiusdem Virginis sacellum, ut gloriosa eius, quae ibi lego, epigrapha praeseferat (Apo. 12): *Signum magnum apparuit in coelo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stellarum duodecim: et illud: Excaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum, et similia alia, quae praemia Virginis mirifice decantant. Quod si attendamus, dexteram partem orbis esse meridionalem; laevam vero, seu sinistram septentrionalem, hoc ipsum non obscure demonstrant: nam cum pars septentrionalis sit obscura, quia sol non plene ad illam faciem suam convertit, facile intelligemus, aple constructum sacellum, ad sinistram aedificatum, in honorem Deiparae in hac vita degentis, ac Deum per obscuram fidem agnoscentis, Paulo dicente (1. Cor. 13): *Videmus nunc per speculum in aenigmate:* et cum aliunde pars dextera mundi sit meridionalis, atque adeo clara, et splendens, quia sol faciem suam in illam convertens, claritatem luminis sui in eam diffundit: decebat proculdubio ad dexteram partem splendidum sacellum Virginis sacrari, in coelo tam regnanti, ac claro lumine gloriae faciem Deum videntem.*

Ad haec duplex in beata Virgine praefulget dignitas, in quibus similem nullam visa est, nec habere sequentem. Prima est, quod Dei Genitrix sit, quam adepta fuit in terra. Secunda, quod regina tam coelestium, quam terrestrium constituta fuerit (Psal. 44): *Assitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato;* et haec obtinuit in coelo. Congruerat ergo, ut sicut Virgini, quatenus Dei matri labores multos perferenti, ex ea maternitate ortos, sacellum ad sinistram partem sacratum erat, aliud eidem quatenus supremae Dominae, ac hominum, et angelorum augustissimae reginae, religiose sacraretur; quod non incongrue designari opinor per illas duas aquilas, unam Ezechielis, et alteram Iobi: de illa ait Ezechiel (c. 17), *Tulisse medullam cedri;* de hac vero tradidit Iob (c. 39), *in arduis posuisse nidum suum.* Aquila medullam cedri ferens, beatam Virginem, quatenus Dei matrem, praeclearis adumbrat: quae verba illa proferens (Luc. 1), *Fiat mihi secundum verbum tuum, medullam cedri,* hoc est, Filium Dei ex utero paterno ad nos tulit. Aquila vero Iobi b. Virginem in coelo regnantem, ubi super choros angelorum evecta, nidum domicilii sui, instar regiae aquilae, in sublimi loco aedificantis construxit, satis ad vivum exprimit. Duae etiam illae aves Salomonis, una quasi institoris de longe portans panem; alia, quae veniebat ex Tharsis, auro et argento plena, eandem Virginem designat: illa lanquam matrem coelestem panem in alimentum fidelium nobis portantem: sic enim Christus se vocavit (Joan. 6): *Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi;* haec vero tanquam coeli reginam, non argenti, et auri corruptibilibus opibus, sed spiritualibus divitiis, non sibi solum, sed et nobis affluentem, delineat. Deinde duplitem hanc dignitatem matris Dei, et reginae coeli, non obscure mihi significari videtur in verbis eiusdem Virginis (Cant. 4): *Vadam ad montem myrrhae, et ad*

collem thuris. Per montem myrrhae, utpote amarae, labores designari, nemo est, qui non videat; per montem vero thuris, cuius suavolentia, et thurificatione, Deo, et Sanctis honorem deferimus, coelum tanquam sublimem honoris locum significare nemo refragatur. Virgini igitur matri, montem myrrhae ingredientem, hoc est, laboriosius itineris in civitatem Bethleem, et longissimae perfectionis in Aegypto, amarissimam myrrham degustanti, merito templum dicatum fuit ad sinistram; eidem vero in montem thuris ascendenti, tanquam omnium Reginae ab omnibus honorandae, thurificandae, et hyperduliae adoratione colendae, sacellum aliud dicari, structurae Ipsius templi polchritudo, et ratio ipsa postulabat. Atque hinc arbitror factum, ut ad haec duplitem Virginis dignitatem exprimentam, matris Dei, et Reginae coeli, duplitem praecipue appellationem Basilicae Liberii sortita sit, nam et nomen habet s. Mariae ad praesepe, quod dignitatem mundi indicat, in Bethleem filium suum parientis, et pariter etiam nuncupatur s. Maria Maior, quod dignitatem Reginae super omnes principes non obscure ostentat. Quod autem ad aedificanda haec duo sacella duo se acciverint Summi Pontifices, quorum quilibet quintus in suo ordine numeratur, Sixtus videlicet quintus, et Paulus similiter quintus, singulari observatione dignum iudico. Nam cum Deus Opt. Max. ut ait Sapientis (c. 11): *Omnia fecerit in pondere, et numero, et mensura,* non potest in praesentiarum numerus quintus pontificiarum alicui mysterio carere. Ego illud latere arbitror, quod olim (Levit. 5), quinta pars arietis dabatur sacerdoti, ita Ecclesia catholica ex Pontificibus Sixtis, et Paulis, quintam partem obtulit Deo ad templum matris suae amplificandum, et exornandum, hoc est, Sixtum V. et Paulum V. utriusque illius sacelli felicissimos fundatores, divinitus ad id destinatos.

Ad extremum, in eo etiam summi Pontificis Pauli Quinti mira sapientia enituit, quod Marianum templum non solum auro et argento, pretiosisque lapidibus, sed antiquorum etiam Patrum eius praeclearis imaginibus illustravit, Sponsi verba illa complectens (Cantic. 1): *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argente;* ubi ex Hebraeo aliquid vertunt: *Imagines masculinas faciemus tibi.* Quo loco plane fit allusio ad id, quod in aulis regum videmus: etenim sicut in illis imaginibus avorum, et proavorum principis regnantis cenantur, variaeque stemmata, ac facinorum illorum insignia ostentantur, quae in laudem ipsius principis trahuntur; non dissimiliter in regia aula, ac augustissimo sacello reginae Mariae, Avorum eius imagines apponi fecit Summus Pontifex cum stemmatibus, et insignibus ad eius laudem, et dignitatem declarandam, Abraham, gladium tenentem, Isaac, lignorum sarcinam humeris portantem, Iacobum, coelestem scalam videntem, Davidem regem, cytharam pulsantem, atque ineclyti nominis Virginis progenitores, quorum praecleara monumenta non possunt in magnam Dei parentis honorificationem non cedere. Sed et nostro argumento accommodatius dici potest, satis ad rem condu-

cere lectionem septuaginta interpretum: sic enim legunt: *Imagines auri faciemus tibi cum varietatibus argenti, dum rex in acubitu suo est. Priori enim sententiae principium subsequens concludit, sequuntur hanc lectionem Ambr. (serm. 3. in Psal. 118), Hieron. (lib. 1. cont. Iovin.), Augustin. (lib. 1. de Trinit.), Damian. (epist. 38. alii). Ergo conveniebat. Virgini parare locum, auro, et argento, lapidibus pretiosis, ac vario picturarum ornamento distinctum, dum rex Christus, in acubitu hostiae, ut loquitur Chisler. (in cap. 1. Cant.), e regione in Sacello Sixti V. requiescit.*

Ceterum tanta est Virginis celsitudo, maiestas, et excellentia, ut nullum, non dicam terrestre, sed nec coeleste domicilium, nisi solum incomprehensibile ipsius Dei cor, dignum tantae Matris habitaculum esse mihi videatur. Rem magnum profero, inauditum praeconium prodo, praerogativam ineffabilem fari tento, sed non nisi sacro testimonio innixus: nam Ioan. (lib. Apocal.) duo secundum faciem contraria affirmat; etenim (cap. 21), post ad unguem descriptam coelestem civitatem Hierusalem, post relata fundamenta, post commemoratas portas, muros, ac plateas, subiungit: *Et templum non vidi in ea: Deus enim exercituum templum illius est: (c. autem 11) dixerat: Apertum est templum in coelo, et visa est arca testamenti eius in templo, seu ut ex Graeco alii transferunt, in medio eius; quomodo, quaeso, templum apertum est in coelo, si templum non vidi? an ipse Deus, qui templum illius civilis est, aperiri potest instar nostrarum domorum? utique suo modo aperitur: tanquam templum, cum pectus eius apertum, et cor patens exhibet. Arca autem, quam in medio illius templi vidit Ioannes, et visa est arca, b. Virgo est, quam regius Vates arcam vocavit (Psal. 31): Surge Domine in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae. Igitur cor divinum factum est templum, et habitaculum Virginis. Nullum ergo illo inferius dignum censi debet, Dei Genitricem se suscipere. Si quod tamen in terris reginam eius maiestatem decet, ac dignitati tantae Matris congruit, Paulinum esse sacellum, cui reliqua omnia merito cedere debent, non temere affirmabo.*

Verum iam ad triumphalem, pariterque religiosam pompam, qua Imago Deiparae Virginis ex angusto illo ad angustum locum translata fuit, sermonem dirigamus. Imitatus est Summus Pontifex Paulus Quintus pium, ac religiosum regem Davidem: nam sicut de illo legitur, ipsum, et omnem populum Dei singulari pompa, et apparatu circumduxisse, ut eam in locum suum inducerent: *David, ait sacer textus (2. Reg. 6), et omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in iubilato, et in clangore buccinae; sic ad praesentiam Summi Pontificis, Pauli Quinti, sacrorum hominum humeris, translata fuit sacra Virginis Imago, quae arca fuit, in qua non tabulae legis, non virga Aaronis, non vas manna plenum, sed plenitudo divinitatis corporaliter delituit: aderant praeter Summum Pontificem purpurati principes Ecclesiae, Archiepiscopi, Episcopi non pauci, praelati innumeri, om-*

nium ordinum monachi, sacerdotum ingens multitudo, confratellitum laudabilis numerus, suum quaque insigne ferens in sublime erectum, modulantium cantorum dulcisona harmonia, ingens populi christiani utriusque sexus frequentia, luminaria multa gestantis: sicut autem ibi contigit, quod Michol, videns regem Davidem arcam concomitantem, ac summa laetitia coram ea tripudians, illum irrisit, et obmurmuravit, erubescens tamen illa, a Davide audit (ibid.): *Ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, et quam omnem domum eius, ludam; illa haereticorum saethanica synagoga significata per imprudentem Michol, videns gregem Pauli Quinti, per pium Davidem adumbratum, celebri pompa, ac plusquam regio apparatu, arcam, non testamenti, sed ipsius testatoris, religioso, festivo, alacri, ac triumphali pompa in imagine Deiparae devote colentem, non solum illum in ore musitat (Psal. 73): Quiescere faciamus dies festos Dei a terra, sed et dentibus suis fremit, et tabescit, irridet, et flocci pendit; in caput tamen suum, cum christianus populus, non inferiori iure quam David, eius verba sibi usurpare possit: Ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, et omnem domum illius, ludam; quasi dicat: Ego diem festum Deiparae virginis iubilans, et tripudians celebrabo, cuius filius me populum suum elegit, et repudiavit Calvinismum, Lutheranismum, et Atheismum, cum reliquis seclarum deliriis, inventis a mendacii parentibus, et catholicae veritatis oppugnantibus. Quare cum d. Ioanne Damasceno (orat. 2. de dormit.) dicam: *Iubilemus in arca Domini Dei toto animo, et muri cadent Ierichuntini, contrariarum potestatum infestae munitiones.**

Illustrem mihi, celebrem, ac triumphalem hanc pompam perpendiculari, in mentem venit Comneni imperatoris Constantino apparatu, ac triumphalis cultus, quo beatissimae Virginis imaginem per publicas vias gestari praecipit. Narrat Nicetas Choniates, quod hic imperator post insignes victorias, quae de Selythis, aliisque hostibus, auxilio et opae Dei parentis reportaverat, instituto festo, quod Paznicarum vocabant, in rei gestae monumentum, et grati animi testimonium, Deiparae, tanquam unicae victricis, acceptas victorias referens, eidem religioso paravit triumphum, quem in haec verba ipse Nicetas (in vita Comneni Imp.) describit: *Curru geminis pretiosissimis ornatus, a quatuor equis candidissimis trahabatur, habenas viris potentissimis moderandas, et cognatis suis currum curandum dedit. In curru, Dei Genitricis imaginem collocavit, ipse cruce manu gestans, pedes antecepsit, et Sophiae templum ingressus, atque in conspectu omnis populi, ob successum, gratis Deo actis, in Palatium abiit; haec Nicetas. Celeberrimo hic triumphus, non diffiteor, sed Paulino inferior, qua in illo imago Virginis ab equis ducebatur, trahentibus currum; hic vero sacrorum hominum humeris imposita gestabatur: imaginem illam viri potentes stipabant; hanc vero Ecclesiae catholicae purpurati primates, ac proceres circumstant: sequatur il-*

lam imperator; sequitur hanc Summus Pontifex, cuius cruciferis pedibus imperatores percumbant: ac tandem ille Comneni imperatoris triumphus, diurnus, fuit brevis, facile labens: at triumphum quem Paulus V. Deiparae paravit, ne fugaciter praeteriret, sed firmus, stabilis, et quodammodo perennis, ac immortalis semper perseveraret, praeter amplissimum sacellum, in quo imaginem Deiparae a d. Luca depictam, singulari honore, ac maiestate locavit; ante sacri illius templi ingressum, ingentis molis, ac magnitudinis, marmoream

colonnam erexit, in cuius vertice aeneam statuam Dei parentis, filium suum manibus ferentem, in perpetuum rei memoriam constituit. Unde b. Virgo in sublimi, ac eminenti loco stans, stellis coronata, et luna sub pedibus eius, perpetuum triumphum agit, non immemor, Pauli V. obsequia gratificans, sed terrestrem potius, ac temporarium hunc triumphum, ab eo sibi paratum, coelesti, ac aeterno triumpho, ut de tantae reginae magnificentia, merito sperari potest, gloriose compensata; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.